



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//  
Canonicvm, Libri Qvatvor**

**Lancellotti, Giovanni Paolo**

**Basileae, 1566**

vj. De Dolo, & Co[n]tumacia, & in Possessionem missione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

DE DOLO ET CON-  
tumacia, & in pos-  
sionem mis-  
sione,

## TITVLVS VI.

Quis dicatur contumax, & quid sit contu-  
macis, & quibus pœnis puniatur. h. d.

Rgo iuridicè vocatus, &  
E nulla legitima causa impe-  
ditus, si se iudici præsentare  
neglexerit, aduersario accu-  
sante, contumaciæ crimen in-  
currit. Est enim contumacia,  
erga iudicem, vel prælatum cõ-  
missa inobedientia. Hæc autè  
variè iuribus coërcetur: nunc  
enim litis damno, nunc multa,  
nunc expensarum refectione,  
& rei sequestratione, vel Eccle-  
siasticæ sententiæ<sup>b</sup> innotatio-  
ne ob contumaciam suam con-  
uentus afficitur.

Actor mittitur in possessionem rerum rei  
contumacis, & post annum efficitur uerus  
possessor, reseruata quæstione super proprie-  
tate. h. d.

Illud quoque videtur ordina-  
rium, ut contumace aduersario  
tuo existente, in possessionem  
earum rerum, de quibus quæ-  
stio vertitur, vel<sup>c</sup> quæ aliàs sunt  
in patrimonio rei, p modo de-  
biti, si personalis instituat<sup>a</sup> a-  
ctio, custodiæ causa inducaris,  
ut tædio affectus reus veniat ali-  
quando responsurus. Quod<sup>d</sup>  
si adhuc per annum in sua con-  
tumacia perseverauerit, iudice  
decernente uerus possessor effi-

cieris, super proprietate dunta-  
xat aduersæ parti defensione  
reseruata. Sed si missus in pos-  
sionem<sup>e</sup> fructus dilapides,  
sequestrand<sup>e</sup> erunt, & quod di-  
stractum est, in pristinum statû  
erit reuocandum.

Si ob potentiam aduersarij contumacis non  
possit actor possessionem ingredi, uel illam a-  
miserit, nibilo minus efficitur uerus possessor  
elapso anno. h. d.

Si tamen propter rei poten-  
tiam<sup>f</sup>, siue dolum, contigerit, ut  
intra annum rem custodiendâ  
nancisci non possis, vel etiam  
acquisitam amittas, ne contu-  
max melioris, quàm obediens,  
conditionis existat, de Canoni-  
ca equitate sancitum est, ut hoc  
etiam casu uerus, elapso anno,  
possessor actor constituatur.

Si reus contumax dederit cautionem de stã-  
do iuri, nec multandus est, quod aduersarium  
non fuerit passus esse in possessione. Et misio-  
nem passus restituatur. h. d.

Hoc tamen g tunc obtinet,  
cùm reus nullam cautionem  
præstitit: nam si de stando iuri  
cauerit, nec multandus, quod  
in possessione actorem esse pas-  
sus non fuerit, & misio-  
nem passus restituendus erit.

Actor anno laps<sup>o</sup> non reputatur possessor,  
si per cion steterit, quo minus intrauerit posses-  
sionem. h. d.

Idem<sup>h</sup> iuris est, si annus la-  
psus esse proponatur, per reum  
tamen non steterit, quo minus

<sup>e</sup> cap. 2. extr.  
de sequestr.  
poss.

<sup>f</sup> cap. cõttingit.  
extr. eod.  
tit.

<sup>g</sup> cap. 1. cod.  
tit. extra.

<sup>h</sup> cap. 2. in fine  
extrau. de  
eo qui mit.  
in poss.

<sup>a</sup> cap. cum di-  
lecti. in fin.  
extra. eod.  
<sup>b</sup> cap. tuæ fra-  
ternitatis.  
extra. ut lite  
non conte-  
stata.

<sup>c</sup> cap. fin. 5.  
in alio is. e-  
tra. ut lite  
nõ contest.

<sup>d</sup> cap. 1. extra.  
de eo qui  
mit. in poss.



ante terminum, & possessionem receperit, & cautionem dederit.

*Excommunicatus à delegato Principis etiã delegato mortuo non potest ab Ordinario absolui, uel alio, præter quàm in mortis articulo, uel de mandato Papæ. h. d.*

*cap. pastoralis officij. §. præterea. extra. de offic. ordin.*

Quæri<sup>o</sup> cõtingit, si delegatus, qui reum propter cõtumaciam manifestam excommunicationis vinculo innodauit, vel petiorem causa rei seruadæ in possessione induxit, rebus eximatur humanis, an eidem iuri parere volenti, & idoneam cautionem offerenti ordinarius absolutio- nis beneficiũ imperti- ri, & possessione restituere valeat? Et responsum est, quod cum delegatus, quo ad hoc, sit Ordinario maior, excommuni- catus ab eo non potest per ali- um, præter quàm in mortis arti- culo, sine mandato summi Pon- tificis absolutionis gratiam ob- tinere, vel possessione recupe- rare, nisi alius ei in onere succes- serit, & honore.

*Passus missionẽ, si mortuo delegato præ- set infra annum cautionem de parendo iuri, etiam post annum recuperabit possessionem. hoc dicit.*

*cap. pasto- ralis officij. §. præterea. uerue- runtamen. extra. de of- fic. ordin.*

Sed<sup>ne</sup> missus in possessione verus efficiatur post annũ pos- sessor, missionem passus coram Ordinario, vel, si eius copiam habere nequiverit, coram pu- blicis & honestis viris, vt quasi præscriptione interrumpat an-

nalem, offerre, ac præstare pote- rit de parendo iuri cautionem, vt sic etiam post annum per A- postolicam sedem possessione recuperare mereatur.

*In causis beneficialibus non habet locum missio in possessionem, sed in locum eius pote- rit procedi lite non contestata. h. d.*

Sed<sup>o</sup> ista quidem tunc proce- dent, cum de profanis rebus e- rit disceptatio: nam qui super dignitate, personatu, vel benefi- cio Ecclesiastico obrinendis cũ aliquo litigat possessore, ob par- tis aduersæ contumaciam in possessionem mittendus nõ e- rit, ne per hoc ad ea ingressus vi- tiosus pateat. Licebit tamen iu- dici hoc casu etiam lite non cõ- testata diligenter examinato ne- gotio, ipsum sine debito termi- nare contumaciam absentis di- uina replente præsentia.

*Contra reum contumacem, si de causa li- queat, potest ferri sententia etiam in causa pro- fana lite contestata contra actorem uerò etiam lite non contestata, h. d.*

Quod interdum etiã in pro- fanis obrinebit: vtputa<sup>d</sup>, si con- testata lite reus contumax fue- rit, & de causa liqueat, vel actor ipse contumaciæ crimen incur- rat: quo casu etiam lite non cõ- testata instante reo iudex, & tes- tes recipere, & sententiam fer- re debet.

*Si actor non uenerit in termino, ad quem reum citari fecerit, debet reo reficere expẽsas, & cauere de in posterum comparendo: aliàs*

*non*

*capit. uni. de eo qui mittitur in possessionem. in 6.*

*cap. causam que. & cap. sequen. extra. eod.*



non admittitur ad aliam citationem. h. d.

capit. 1. eod. tit. in 6.

Idem quoque actor, si ad terminum, ad quem aduersarium citari fecerit, venire contempserit, venienti reo in expensis propter hoc factis legitimè condemnabitur: & ad alià citationem minimè admittendus erit, nisi de fideliter in posterum comparando idoneam cautionem dederit.

*Iudex debet esse contentus una poena ex pluribus, quæ aduersus contumacem competunt, & ex crescente contumacia potest etiam ad alias procedere. h. d.*

Quod autem diximus, iuribus variè contumaciam coerceri, non est ita accipiendum, quasi omnes simul poenas ius dicēs infligere cōtumaci debeat, sed quòd variarum poenarum sibi datur optio: vnde altervtra, quæ magis timeri debeat, iudex à principio cōtentus erit, ad alià nihilo minùs processurus, si hoc meruerit proteruitas contumacis.

### DE LIBELLI CONCEPTIONE, & oblatione,

#### TITVLVS VII.

*Actor reo comparente debet clarum iudici libellum offerre. Et quid sit libellus. h. d.*

can. inducia. 5. offeratur. 3. q. 3.

In primis igitur reo in assignato termino comparente iudici libellum actor offeret, & illud ita clarum & planum, ut ex eius inspectione deliberare re-

us valeat, vtrum cedere velit, an contendere: atque ut, si contendendum sit, dispicere valeat iudex, quemadmodum à se concipienda sit sententia. Nihil enim aliud est libellus, quàm breuis scriptura claram actoris intentionem continens, & contra aduersarium necessariò concludens.

*Libellorum alij sunt accusatorij, alij conventionales. h. d.*

Porro libellorum duæ sunt species: alij. n. sunt accusatorij, alij conventionales. Accusatorij sunt, quibus quis aliquos apud iudicem alicuius criminis reos defert: de quibus quidem in præsentem nobis non est institutus sermo, sed infra suo loco & ordine dicetur. Conventionales sunt, quibus in ciuilibus disceptationibus utimur, dum rem nostram, aut quàm nobis deberi putamus, in iudicio petimus.

*Quæ debeat continere libellus, & quòd ineptus, uel obscurus libellus non obligat ad respondendum: & quòd iudex illum potest lacerare. h. d.*

Exprimet igitur oblati libellus, nõ solum agentis, & cõuenti nomen, sed & ius dicēris, & petiti rei, & actionis qualitatē. Et si personali experientia sit actione, petendi quæ causa exprimenda erit: alioqui nec cõuentus respondere tenebitur, & iudex libellum

cap. 1. in gl. 1. extr. de libel. obligatio.

gloss. 1. cap. 1. extra. eod. tit. can. per scripta sit. 5. libellorum. 2. q. 8.

d. gloss. 1. cap. 1. eod. tit. extra.

cap. 2. extra. eod. tit. cap. 1. extra. eod. tit.